

Qk. 270, 12.

Ze  
1680

VOTIVÆ ACCLAMATIONES  
IN HONOREM  
VIRI

X 211 9277

*Clarissimi & Consultissimi*

DN. DANIELIS Schleicher / Saltzungenf.

*cum ipsi*

RECTORE MAGNIFICO

*Viro Amplissimo, Excellentissimo & Clarissimo*

DN. PAULO SLEVOGTIO, Poët. Laur. Cæs.  
Ebr. & Græc. Ling. Prof. Publ. celeberrimo,

PRODECANO & VICE CANCELLARIO

*Viro Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo*

DN. ZACHARIA Prüeschencf / U. J. D. Aulæ

Vinariens. Sax. Consiliario, Juris Publ. P. P. nec non Curia  
Provinc. & Scabinatus Adfessore dignissimo:

*Amplissimus, Consultissimus, Excellentissimus*

DN. CHRISTOPHORUS PHILIPPUS Richter /

J. U. D. & P. P. celeberrimus, p. t. Decanus, Consiliarius  
Saxonicus, nec non Curia Prov. & Scab. Adfessor,  
Promotor ritè designatus

*In Utroque Jure Doctoris gradum, Insignia & Privilegia  
solenni actus conferret Prid. Cal. Mart.*

ANNO M. DCCLXXXIII.

Scripta à Promotoribus, Fautoribus & Amicis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE (ETWA)  
(SALE)

J E N Æ  
Prelo LOBENSTEINIANO O.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



VOTIVE A COLLEGIATIONE

IN HONORE

YLLI

THE CAVALIERS

STOR

BRILLIO

IN SACHSIA


THE CAVALIERS

IN SACHSIA

ANNO

scripsit





**Q**uod Te æqui consulta Tibemis, quod Fāsque piūmq;  
formavit, quod missa polis Astræa supernis:  
quod sequeris liquidum jus, impurāsque lacunas  
spernis, non secus ac cænosogurgite lamas;

Quem SCHLEICHERE Tibi fructum, quæ præmia tandem  
inde capis? dotes quis nunc pensaverit istas?

Virtuti, Sophiæque Tuæ largirier æqua

Jena parat rubri symplegma datura Galeri.

Sic SCHLEICHERE Tuæ felix facundia vocis,  
perfusus sic jure animus, sopsiæque refertus,  
quæ meret, assequitur summa fastigia laudis.

Gratulab. scrib.

Paulus Slevogtius P.P.

& p. t. Acad. Rect.

---

*Ad Clariss. & Præstantiss. Virum*

Dn. DANIELEM Schleicher/ insignia Doctora-  
lia in utroque jure consecutum.

**I**ncluta quod dignum Daphnes Academia cinctu  
Te judicat, justè facit, me judice.

Sic Patris ALBERTI, præcelsi Saxonis urna,

Sic Principalis Isenaci Curia,

non renuente Duce, jam dudum censuit æquè,

dum Te patronum publicum miseris reis;

Quin ego causidicum moderator & arbiter, ipsum

Te consullem elegi meis negotiis.

Diva Jovis conjunx, rerum ditissima mater

sic sentit, & soror Venus, Puer & suus.

A 2

Dum

Dum Tibi præpingvem tenerâ cum virgine dotem,  
dignum eruditionis addunt præmium.  
Euge! benè & bellè, faustè, feliciter, omnes  
congratulantes accinimus ore & animo.  
Schleicherides salve ter & amplius, Isidis ingens  
nec non Salinarum patrimarum decus;  
Jenicolisque vale citò dic, redi, & ocyus adsis,  
Te Rector & Prorector Isidis vocat:  
Sollicitè quærunt protestanturque Clientes,  
ne contumaciæ luas pœnam, redi.

gratulando dixi

*Simon Malsius D. JC. S. Pal. Cæs.  
Com. S. R. I. Exemptus, Cancell.  
Sax Isen. & Jud. Eccles. Præs. ib.*

---

**Q**ui callet leges urbis quas culmen & orbis  
Qui de justitia nobile nomen habet,  
Dispersas librum fecit transire sub unum  
Pandectas Grajus, quem teres ore vocat,  
Qui scit & antiquis tabulis conferre novellas  
Qui novit, Codex quod tenet omne finu,  
Quiq; studet miseris dictare clientibus æquum  
Ac servire bonis, hic mihi Doctor erit.  
Cum modo Te talem, Schleichere, peritia monstret,  
Hinc Juris Doctor cur celebreris, habes,  
Gratulor, ac Summum Juris precor ipse Patronum,  
Numine quo talem Te regat usq; suo.

Johan Major D.

---

**Q**uod SCHLEICHERE tuos cingit diadema capillos,  
Quodque liber datus & clausus, quod & ille reclusus,  
Insertusque tuo digito puri annulus auri,  
Oscula quod tandem data sunt, quæ symbola pacis,

Gra-

Gratulor, & voveo, tibi ritè parata tiara  
Floreat, aspiretque tuo fortuna labori.

Christoph Philip Richter /  
D. & p. t. Facult. Jurid.  
Decanus.

---

Suo  
SCHLEICHERO  
S. P.

**F**estina pede felici, Schleichere, diserte  
Astrææ, calcans templa Salana, nepos!  
Tolle pedes, semper-viventem sume coronam,  
Quam nectit, capiti quam dabit illa tuo!  
Issica, nî fallor, Venus adstans, injice sertum  
Huic aliud, clamat, care Cupido, meo.  
His nec abest, dudum quæ te pergrata tenebat,  
Obtulit & munus patria Nessa tibi.  
Sala tibi famam, costam feliciter Issa,  
Nessa sed officium, detq; JEHOVA Polum!

Godfried Fiebig D.

---

**C**um pede non lento ivisti, Schleichere, per artes,  
Nec potuit lentis ire Themis pedibus  
Sed post tot curas tibi præmia ferre: sequetur,  
Auguror, haut lento Cypria virgo gradu.

Clariff. & Consultiff. Dn. D. Schleichero,  
Fautori & amico percharo grat. f.

Andreas Ramdohr D. Prof. &  
Curia Provinc. Advocat.

---

**T**itulum indipisci Honoris, atq; adoreas  
laudem referre nemo quit, nisi quem suo

A 3 de-

decorat decore Virtus. Iter est nimium grave,  
& senticetis asperum duris. Cito  
generosa SCHLEICHERI hoc iij pietas pede.  
Igitur labore digna modo premia capit:  
meritumq; justo honore Nata ornat Jovis.  
Labor hinc superstes eum, studiaq; praxeos  
super astricos orbis vebant, & fama agat  
at hram super metuente pennâ solvier.

Jurisconsulto  
& practico expertissimo, fama claritatem ube-  
riorem, honorum incrementum, & opum im-  
brem aureum ex animo apprecor

Gvernerus Rolfinck Phil. Med. D.  
Practic. & chimias P.P. Fa-  
cult. Senior.

---

**N**on ego sum, qui sum; sic mille negotia, multæ  
ludibrium curæ, pectora nostra tenent.  
Tu, Sleichere, tamen nostri jam carmina Phœbi  
poscis, & in sicco pumice quæris aquam.  
Hinc æquo accipies animo, compendia voti  
nostri si forsan carmine mitto brevi.  
Vivat Sleicherus! vivat Doctorea laurus!  
quam ter felicem perfice, Sancta Trias!

*fausta gratulationis ergo  
rapt. f.*

Gothofredus Mœbius,  
Med. D. P. P.

---

**N**on dubitant sumen Germanidos esse Thuringam,  
Ubere dum frugum dives agrisq; potens.  
Fac igitur, Phœbi flaventia culta Grynai,  
Artis & ingenij judicijq; notas

Con-

Conferri, fundo largis proventibus aucto:  
 Fac & Thuringis hunc residere locis,  
 Sumen Apollinei fundi tunc querere noli,  
 Est Saltzunga soli jure Thuringiaci.  
 Palladij sumen, quod sic spem praevenit omnem,  
 Reddit & usura divite seminium.  
 Haeres! Germen adest ex fundo hoc O L P I U S: At qui  
 Vir? Frater, patriâ consul in urbe decus,  
 Doct̃or & illustri juratus jure Galeno,  
 Et praxi medici gloria magna chori.  
 Germen adest Gvilielm Schröter patruelis, at hic quis?  
 Praecelebris Doct̃or Juris & Aonidum,  
 Et nostri solidis quem Pallas & aurea Peitho  
 Consiliis docuit res animare Ducis.  
 De me n̄l dicam tubicen cantorq̃ mearum  
 Ne videar laudum praeo meiq̃ novus.  
 Germen adestq̃ novum quod jam consurgit in auxas  
 Schleicherus viridi cui Sala valle jacens,  
 Et Themis ostentant super alta sacraria mitram  
 Impete pressandam nobiliore Dea:  
 Cui dat & optata cor virginis alta Coburgis  
 Affectus statuatur quo monumenta sui.  
 Unde quis haud tollat Saltzungam terq̃ quaterq̃  
 Felicem! quis non te quoq̃ Schleicher, amet?  
 Dum certas multo conamine patria tecta  
 Illustrare, simul consolidare fide  
 Verâ, quod suavi decurrit carmine quondam  
 Illius Lyrici Teia Musa senis.  
 Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis  
 Quis fiet, intersit plurimum honoris ibi.  
 Gratulor ergo Tibi, Schleicher cognate colende,  
 Cum mea metrarogas, pectore fusa bono,  
 Dum Te dante Deo bini comitantur honores:  
 Audis enim Doct̃or, Sponsus erisq̃ brevi.  
 Sisq̃ foro atq̃ thoro felix, tibi turba clientum  
 Aurea det largâ munera multa manu.

Ne

*Ne videasq; chorum, quem me lustrare cœgit  
Fatum, summiſſè ſollicitabo Deum.  
Addere plura lubens vellem, ni ſepè clientum  
Me jam turbaffet, turba moleſta domi.*

*L. M. Q.  
adponeb.*

*cognat. ſuo*

**D. Benedictus Schröder / Saltzung.**  
Curiaſupremæ Gothanae Ad-  
vocatus Ordinarius.

---

**Q***Væ, Schleichere, tua meruit dudum improbus ardor,  
industriæ ampla præmia,  
nunc cape. Doctoris titulo conſueſce vocari,  
meritòque honore perfrui,  
Dignum laude jubet famâ clareſcere Jova  
ad usque feros poſteros.*

*fausta acclamat, ergò  
deproper.*

**Philippus Horst / P. P.**  
Fac. Phil. Senior.

---

**T***E, Schleichere, fori, rixosa negotia, causa  
Hactenus amplexu diſtinuere ſuo.  
Per te nulla ſibi palmam quit iniqua minari,  
Eventu bona non excidit ulla bono.  
Pulpita nunc viſum eſt ad blanda redire Scholarum,  
Quæ ſuèſti docto quondam animare ſono.  
Facta & ab integro eſt tibi contemplatio curæ,  
Et legum obſcuris nubila decutere.  
Purpureum ſtudio meruiſti utroq; galerum,  
Imponit capiti quem Themis alma tuo.*

Honoris ergò f.

**Daniel Stablius P. P.**

Cum

**C**um summa è studiis Themidos tibi adorea cessit,  
Schleichere, & grandi nomine Doct̃or ovas;  
Id jubeat faustum esse D E U S, porroque secundet,  
Sit partus vivax, sitque perennis honos!

*fausta gratulat. erg. f.*

Johan. Zeilold, P. P.

---

**H**Aetenus orbatos Natis lugere Penates  
Vise sunt Musæ, & famâ super athera notum  
Afflicti latuit nomen sine laude Lycei:  
Sed latuit velut obscurâ sub nube, refulget  
Haud extincta suis radiis lux pristina: grata  
Spes fecunda redit prolis, dum murmure lati  
Audimus solito doct̃as resonare cathedras,  
Artibus & reddi nullo peritura dierum  
Præmia. Bis quatuor rutilo splendore tiara  
Signo sunt, Themidos totidem de stirpe Virorum  
Tempora quæ cingunt. Faxis Deus, omine fausto  
Fiat! ut augmentum capiat prægrande prioris  
Gloriæ, & extollat nomen sublime per orbem  
Musarum alma domus, Sala quam limpidus amnis  
Alluit! At Schleichere Tibi quæ digna brabea  
Pro meritis veniunt, cedant feliciter, atq;  
Fausta sient Patriæ pressis ter & amplius oris.

*Honor. & gratul.  
ergò fac.*

M. Johannes Musæus P. P.

---

*Carmen gratulatorium honoribus Docto-  
ralibus Clarissimi & Consultissimi Viri  
Dn. DANIELIS Schleichere & c.*

**I**N pluribus vixisti Academiis  
Olim paratus justitiæ jugum  
Sectarier, Schleichere, durum  
Artibus ingenio polito.

BCIII

B

Jana

Jam non honores multiplicat tibi  
 Fortuna, te virtus pietas, labor,  
 Prudentia & juris probata  
 Nobilitat titulo supremo.  
 Quo gaudeas, utaris, amabili &  
 Jurisperitum te socias choro,  
 Qui consulunt prudenter, atque  
 Consona jura foro reponunt.  
 Ex corde toto nunc tibi gratulor,  
 Et patriæ, Sponsæque tuæ, cui  
 Doctor salutatus brevi post  
 Hospes ut eximius redibis.

Συγχαίρειναι ὁ καὶ εὐνοίας χάριν ἐχέδιαζε

*M. Andreas Fromman / in illustris-  
 simo Athenæo Casimiriano, quod  
 Coburgi est, Director & Prof. P.*

---

**In auguralem Disputationem & Promotionem.**

**N**omen & Omen adest: Danielis nomine gaudes,  
 nec non refulges: Nomen & Omen adest.

Ebraeo לַדָּנִיֵּאל qui dicitur; ille Pelasgo

Θεμοκλειτής: Judex sed Latio ille DEI.

Es Jovæ Judex: Jovæ qui nomine præstas  
 Pauperi obærato rite patrocinium.

Pro patrocinio quæ poscis munera? ferre  
 Pauper obæratum munera nulla potest.

Nomine obæрати gratum est Jenense Lycæum,  
 Et Te Juridici maectat honore gradus.

Grator de justo Danielis nomine: grator  
 & de Doctoris maximò honore Tibi.

observ. ergò mittit

*M. Adrian. Beyer / Diac. Jen.*

---

**P**incipibus placuisse Viris, non ultima laus est:  
 Sidereo gaudere Deo est at adorea summa:  
 Et Veneri, haud spurcæ, tædas accendere castas,

mas

mas solet eximius, merito qui dignus honore est.  
Hanc animis promptis tibi conciliabit Uterque,  
*Isti* si fueris fidus conamine, verbis;  
manferis aut *Illi* gratus cultu, precibus, re.  
Juridicina *ducem* tenet, Eusebieque *Jehovam*,  
eloquiis *Venerilla* tuis sese jucunda beabit.  
Grates solve piæ Themidi, quæ præsidet oris  
Salaidum. Fixis tibi summo jure trophæis,  
præmia Virtutis decernens præmia & Artis,  
hisce suum verbis dimittit amata Clientem:  
I pede *non tardo Schleichere* verende: Sat esto.  
Ardua legisti dis-gaudens acre-putasti.  
æstum per rigidum responsa probata dedisti.  
*Doctores excellens. Dux Magnus & Inclytus* infit,  
aulâ cum totâ: nunc nobis gratior adsis!  
annuit immensi *moderator* & arbiter orbis.  
Charior atque mihi es, sic *doctore* futura  
molliter excipiet labiis ulnisque prehensum.

M. Johan-Wilhelmus Wallich /  
Eccl. Jen. Diac.

---

**G**Loria, plebejas mentes quæ despicit atq;  
summa petens, Magnas urit alitq; animas;  
Te quoq; sustollit. nec terris repere sivit,  
sed Famæ celsam jussit inire viam.  
Hinc peperit Doctrina Tibi DOCTORIS honorem,  
ut sis Fortunâ Major & Invidiâ.

Observantia f.

Johan-Tobias Major.

---

**E**T merito! trepidis fortis qui sudat in armis,  
Is tandem capiti splendida ferta refert.  
Tu, Schleichere, probas, Themidos qui castra secutus  
Voluisti doctos, nocte diuque libros.  
Nunc ex illa tibi rursus sua præmia confert  
Præmia vel Phrygiis anteferenda bonis,

Gra-

Ze 1680

Gratulor hunc calidè clarissime Doctor honorem  
Et simul incæpto prospera quæquæ precor,  
I, tua quo te fata vocant! succurte misellis!  
Sic tua laus summi scandet ad astra poli.

*sic applaudebat*

Hieronimus Cotta Isnac.

---

**U**lra sinunt, & jura negant insignia clari  
Nominis ad celebres Pallados ire fores:  
Numine propitio hæc eadem Clarissime Doctor,  
Mecænasq; Gravis! Jus Tibi Ultrùmq; dedit.  
O Rex Cælipotens, & quid comprehendit Olympus,  
Hunc mihi perpetuâ pasce salute Virum!  
Tunc dabitur Fas cuiq; suum, fugietq; nefandum  
Hoc venit ex Thalamo non moriturus Honor!

*His Clariss. & Consultiss. Viro Dn. Danieli Schlei-  
cher, J. U. Doctori insigni, Promotori &  
Adfiri suo uti Chariss. ita æternùm honoratiss.  
ex pientissimâ cordis devotione adplauderat  
observantiss.*

Paulus Gvilielmus Berth, Meiningâ  
Henneb. Franc. Phil. & SS. Th. Stud.

---

**Q**ui Themidem colit & sacras Permessidos undas  
Ejusdem summus perpetuatur honor.  
Vota capesse animi sacrata, Sacerrime Doctor  
Sic Vester-noster non morietur Honor.

*Excellentiss. Dn. Doctori, Mecanati  
suo æternùm honorando*

*Hæc*

Sacramenti causa non defraudabat  
Wolfgangus Henricus Stebenlist/  
Rhodachiâ Francus Philos. & SS.  
Theol. Stud.

F I N I S.

VOT



QK. 270, 12.

VOTIVÆ A  
IN

*Clariss*

DN. DANIELI

RECTO

*Viro Amplissimo*

DN. PAULO SL

Ebr, & Græc. Lir

PRODECANO

*Viro Magnifico, Nobil*

DN. ZACHARIA

Vinariens. Sax. Consilia

Provinc, & Scab

*Amplissimus, Con*

DN. CHRISTOPH

J. U. D. & P. P. celeberr

Saxonicus, nec non

Prom

*In Utroque Jure Doctor*

*solenni actu co*

Anno

Scriptæ à Promote

Prelo LOB

Ze  
1680

2119277

BIBLIOTHEK  
ALLE  
(SALE)  
UN

THECA  
AVIANA

